



DE
IMPERIO
MAGNI MOGOLIS

Sive

INDIA VERA
Commentarius.

*È varijs auctoribus
congestus.*

Cum Privilegio.

G. Cl. Weyland fecit

LUGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA ELZEVIRIANA,
ANNO MDCCXXI.



*Nobilissimo, Amplissimo,
Doctissimo viro,*

D. DANIELI HEINSIO

D. Marci Equiti, & Sereniss.
GUSTAVI ADOLPHI Suecor.
Gothor. Vandal. Regis Con-
filiario & Historiographo;
Politices in celeberrima Lu-
gduno Bat. Academia Pro-
fessori, Bibliothecario &
Secretario.

IOANNES de LAET Antvverp.

Vir Amplissime



REDEM hunc de
Amplissimo India
Regno Commenta-
rium, à plurimis
familiarium nostro-
rum diu desideratum, tandem

*

2

inter

PRÆFATIO
ad Lectorem.

HUMANISSIME LECTOR,

VT fidem meam liberem, hic in limine indicandum putavi, è quorum relationibus hunc commentarium concinnaverim. Nam qui ante nos aliquid de regno magni Mogolis exararunt, ab authoribus suis decepti multa incerta, quædam etiam falsa prodiderunt; neque enim inusitatum est, eos qui longinquas peregrinationes obeunt, interdum falsa pro veris, incerta pro certis lectoribus obtrudere. Mihi religio fuit quenquam sequi, nisi quem fide optima tradere quæ viderat, aut à fide dignis acceperat judicabam. Præter Petrum Texei-



I.

I N D I Æ

Sive

I M P E R I I M A G N I
M O G O L I S

Topographica descriptio.

IN D I A intra & extra Gan-
gem etiam antiquis nota
fuit, præcipue post Alexan-
dri Magni tempora, uti hi-
storiarum, quæ de rebus illius
gestis perscriptæ sunt ab illustribus scri-
ptoribus, faciunt fidem: Plinius qui
plurimas vidit, quæ hodie interierunt,
scribit lib. vi, cap. xvii, Indorum gen-
tem incipere ab Emodi montibus, &
non tantum illi mari adjacere, quod
occidentem adspicit; sed & meridiano,
quod Indicum appellat, (sicuti & nos
hodie utrumque illud;) partemque
illius quæ orienti adversa recto præ-
tenditur spatio, & flexum atque ini-
tium Indici maris xviii lxxv mill. pass.
colligere; deinde qua flectitur in meri-
diem